Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Et ministri alapis eum cedebant. Et cum esset
petrus in atrio deorsum. uenit una ex an
cillis summi sacerdotis. et cum uidisset pe
trum calefacientem se. aspiciens illum ait. Et
tu cum ihu nazareno eras. At ille negauit
dicens. Nec scio. nec nouit quid dicas. Et
exiit foras ante atrium. et gallus cantauit.
Rursus autem cum uidisset illum ancilla. cepit di
cere circumstantibus. Quia hic ex illis est. At il
le iterum negauit. Et post pusillum. rursus qui
astabant dicebant petro. Vere ex illis es. nam
et galileus es. Ille autem cepit anathematizare
et iurare. Quia nescio hominem istum quem dici
tis. Et statim iterum gallus cantauit. Et recor
datus est petrus uerbi quod dixerat ei ihs.
Priusquam gallus cantet bis. ter me negabis.
et cepit flere. Et confestim mane consilium faci
entes summi sacerdotes cum senioribus et scribis
et uniuerso concilio. uinctientes ihm duxerunt
et tradiderunt pilato. Et interrogauit eum
pilatus. Tues rex iudeorum. At ille respon